et ille qui ad duellum captivus aut salutatus fuerit aut promittit
aut cautionem fideiussorie fecit comparere et non comparuerit
ad iustam responsionem De eo qui alium ad iudicium
aut mortuum aut vulneratum duxerit Cam lx
Quicumque occisum seu vulneratum virum captivum ad
iudicium duxerit et ipsum pacis violatorem accusaverit
per duellum vel absque duello si non probaverit ut iuris est vel
secundum iuris exigentiam illatam pene autem super ipsum idem iudicium
nō debet iudicari quod super ipsum procedere debuerat ac si iudicio
esset convictus et hoc per iustitiam pacis Si vulneratus vir
hunc alloquitur qui ipsum vulneravit per duellum Et si pre
debilitate corporis duellum perficere non posset Et si tutorem non
habuerit qui pro eo pugnare velit inducie sibi ordinari de-
bent quousque ipse duellum perficere possit etc. De eo qui
vitam aut manum pecunia redimerit Cam lxi
vitam aut manum pecunia redimerit quod iure demeruerit Cum
hic suo iure privatur De fideiussoria cautione ad
statuendum coram iudicio pro aliquo scelere Cam lxii
Qui etiam fideiusserit unum virum pro scelere ad sta-
tuendum ipsum coram iudicio et ipsum statuere non potest
recompensam ipsius solvere oportet Et sibi in suo iure non
oberit illi qui fuerat fideiussor et nemo de scelere debet ius
pro culpa ad collum sive ad manum sibi perdere De suppel
lectili feminarum et quid ad hoc spectat Cam lxiii
Si mulier recipit suppellectilia ad quam spectant
omnes oves et omnia cibaria domestica de quibus
vir induxit ad unum annum revolutum et in sua possessio-
ne reputat ad mulierem pertinet medietas Cum vero
uxor mortuum proxima sua agnata vel cognata recipit
suppellectilia quam debet donare suo viro hec debet vero
lectisternium decorare sicut stetit cum uxor sua vixit
scilicet cum lecto cussinibus linteaminibus cum tapetis cum vel
circa lectum sparsis cum cussinis et cum pulvinaribus sive scamno
stramento sedem suam cum sedilibus tectoriis quod singulis diebus
deserviunt solum mensam cum mensali et manutergio
hec nulla recipit pulmentaria De armis bellicis et
supellectili feminarum aut sacerdotum seu mona-
chorum Capitulum lxiiii Mulier pro armis
bellicis gladium mariti mariti et suum iumentum vel equum
meliorem sellatum et meliora arma que habuit
pro corpore suo vir cum decessit in sua potestate deinde dare
debet pulvinar bellicale hoc est lectum et duos cussinos